Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26503
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tauri. Monstruga autem dicta quasi monstruosa. eo quod qui ea induun
tur. quasi in ferarum habitu transformantur. Dinoscuntur et gentes ita ha Nota di
bitu sicut et lingua discordes. Persae brachia et crura liminantis. cap versitatem
tiara tegunt. eminent apicibus fatigatis. Alani horrent et male habitus
tecti cum lactoribus linguis. Scotti sagati sunt. alamanni linteati. gentium.
indi gemmati. sericati seres. fasetrati armenii. Nonnulle etiam gentes
non solum in uestibus. sed et in corpore aliqua sibi propria quasi insignia uendicant.
ut uidemus cirros germanorum. granos et cinnabar gothorum. stigmata
brittonum. Circumciduntur quoque iudei preputia. pertunduntur arabes
aures. flauent capitibus intectis gete. Nitent albani albentibus cri
nibus. mauros habet tetra nox corporum. gallos candida cutis. Si
ne equis inertes extant alani. nec abest gens pictorum nomina corpore.
quod minutis opifex acus punctis. et expressos natiui graminis sucos
includit. ut has ad suam speciem cicatrices ferat pictis artubus macło
sa nobilitas. Habet et sexus ut institutam speciem habitus. ut in uiris ton
si capilli. in mulieribus redundantia crinium. Quod maxime uirgini
bus insigne est. quarum et ornatus ipse proprie sic est. ut cumulata in uer
ticem ipsam capitis sui arcem ambitu crinium contegant. De palliis uirorum.

Pallium est quo ministrantium scapule conteguntur ut dum ministrant ex Pallium.
pediti discurrant. Plautus. Si quid facturus es. appende in humeris palli
um. et pergat quantum ualet tuorum pedum pernicitas. Dictum autem palli
um a pellibus. quia prius super indumenta pellicia ueteres utebantur. quasi pel
lea. siue a palla per diriuationem. Clamis est que ex una parte induitur. Clamis.
neque consuitur. sed fibula infrenatur. Hinc et grece nomen accepit. Toga Toga.
dicta. quod uelamento sui corpus tegat atque operiat. Est autem palleum pu
rum. forma rotunda. effusione quasi inundante sinu. et sub dextro
ueniens. super humerum sinistrum ponitur. cuius similitudinem in oper
tis simulacrorum et picturarum aspicimus. easque statuas togatas
uocamus. Togam autem romani in pace utebantur. belli autem tempore
paludamentis. Mensura toge iusta. si sex ulnas habeat. Toga autem
palmata dicebatur. quam merebant hi qui reportabant de hosti
bus palmas. Ipsa uocabatur et toga picta. eo quod uictorias cum pal
mis intextas haberet. Toga candida. eademque cretata. in qua candi
dati id est magistratum petentes ambiebant addita creta. quo can
didior insigniorque esset. Cicero in oratione quam habuit contra